Nowalski

DECRETA S.R.C.
IN CASIBUS MAGIS PRACTICIS.

COLLEGIT

JOANNES

ODROW[illegible]ASKI C. P.

CRACOVIÆ

ANNO ÆRÆ VULGARIS 1796.

TYPIS ANNÆ DZIEDZICKA.

Ex Commiſsione Jurisdictionis Cracoviensis legi hæc S. R. C. Decreta, eaq; diligenter collecta recognovi, ac subscripsi Cracoviæ d. 27. Aug. A. 1796.

Joan. Jos. PIOTROWSKI Coll. Crac. OO. SS. Eccl. Canon. mp.

IMPRIMATUR

FRANCISCUS ZGLEŃSKI S. T. D. Eccl. Colleg. S. Mich. in Arce Crac. Dec. Consist. Gen: Crac. Judex. Surrogatus.

mp.

I. DE OFFICIO AC RITU.

Quoties in concessione Officii dicitur recitari posse, non plus significatur, nisi Officium ad libitum S. R. C. 1683. 20. 9br.

Ad Officia 1. Clas. spectant Fer. IV. Cinerum Vigil. Pent. Dom. 1. Adv. ac Quadrag. &c. Ita Rubr.

Officium de SS. Sacram. fer. V. recitandum ut in die. Missa vero dicenda votiva S. R. C. 1664. 12. Jul.

Festa celebria de præcepto sunt, inquibus audienda Missa vacandumq; est à servilibq. S. R. C. 1754. 11. Maj.

Non potest continuari recitatio Officii de S. Erasmo 3. Jul. Nec de Martyribus Gorkomiensibus S. R. C. 1746. 7. Maj.

Officium ac Missa de S. Rocho tantum in ejus Ecclesia conceditur ritu. 1. Class. S. R. C. 1693. 10. Jan.

Inter Apostolos & Evangelistas non est dignitatis disparitas. S. R. C. 1666 18. 7bri.s

Moniales non tenentur recitare officia particularia Diæcessum S. R. C. 1683. 20. 9br.

In Officio dupl. Majori Lect. 1. Noct. si non sint propriæ, sumuntur de communi. S. R. C. 1664. 4. Jul.

II. De Concurrentia in I. Vesp.

IN Concursu plurium ejusdem ritus Officiorum non dignitas, nisi Solennitas attenditur. S. R. C. 1686. 20. Jul.

Sola festivitatis qualitas non est ratio Vesperarum integrarum S. R. C. 1741. 2. 7br.

Festa quæ solennius à choro. & à populo de præcepto celebrantur; in concursu cum aliis ritu æqualibus posſunt habere integras vesperas. S. R. C. 1744 22. Aug.

Officium S. Joan. B. in concursu. cum. Dedic. Eccl.. vel Patroni habet integras. Vesp. cum. Comm. seq. In Concursu vero Dedicationis cum Patrono & Titulari dimidiantur S. R. C. 1688. 1. Aug. Idem. fit. cum festo SS. Petri & Pauli Ap. S. R. C. 1744. 16 Maj.

Sola Major antiquitas Patroni non facit eum digniorem. S. R. C. 1684. 17. Jan.

Vesp. II. Annunt. B. V. ficut omnes Festorum Domini. in Concursu cum S. Marco nón dimidiantur S. R. C. 1741. 2. 7br.

Dedicatio Basilicæ Salvatoris extra Urbem Romam. si concurrat cum Officio dup. Minori, non habet integras Vesp. S. R. C. 1664. 13. Jul.

Officium Angelorum Custodum concur-

rens.

rens. cum alio dup. Minori habet utrasq. Vesp. integras. S. R. C. 1704. 14. Maj.

Dignitas porro Festorum, hoc ordine attenditur. Primo locantur festa Christi. 2. Festa B. V. M. 3. Festa OO. SS. 4. Angelorum. 5. Joann. B. 6. Josephi Sp. 7. Petri ac Pauli Ap. 8. Dedicationis Eccl. 9. Reliquiorum Apost. 10. Patronorum. 11. Titularium. Ita Rubr. de concursu n. 2.

III. De Occurrentia eodem die.

In Occurrentia plurium officiorum parium, & ejusdem ritus primum locum habet particularis Ecclesiæ, Secundum Ordinis, tertium Diæcesis, quartum Nationis. Quo casu transferendum Universale, modo Particulare ex concessione sit antiquius. S. R. C. 1681. 1. Mar. Imo etiam sine hac conditione. S. R. C. 1689. 22. Jan. Semper itaq; prius particulare celebrandum S. R. C. 1704. 12. Jul.

Idem intelligendum de festo, quod Majore concursu, vel Solenitate celebratur. S. R. C. 1683. 20. Mart. Non idem rursus, si illud sit Ordinis Minorum S. R. C. 1698. 22. 7br.

Occurrente festo Diæcesis quod ad forum de præcepto, etiam Regulares tenentur ad ejus Officium, nisi apud eos occurrat Majoris dignitatis aliud S. R. C. 1736. 5. Maj.

Si festum Annunt. B. V. M. occurrat. fer.

fer. II. III. IV. Majoris hebd. etiam ob concursum populi non poteſt de eo cantari Miſsa, nec fieri proceſsio. S. R. C. 1663. 4. Aug.

Eodem feſto occurrente Domin. II. III vel IV. Quadrag. non fit de ipso Officium. niſi in Eclesia propria. S. R. C. 1612. 1. 7br. Si vero fer. V. Cænæ occurrat, tunc licebit plures celebrare Miſsas S. R. C. 1660. 20. Mart. Et tunc jam non transfertur quo ad præceptum audiendí Miſsam, vacandiq; à servilibus. S. R. C. 1716 12. 7br. Si porro in alia feria Majoris Hebdom. occurrat, tunc tranfertur in fer. II. poſt Dom. in Albis. S. R. C. 1748 20. Jul. Et tunc cuicunq; duplici ejusdem ritus imo etiam cuícunq; I. Clas. ibidem occurrenti præfertur. S. R. C. 1691. 14, Jan. & 1741. 2. 7br. 'Tuncq; etiam simul præceptum audiendi Miſsam, vacandíq; à servilibus tenet. Ita Synod. Petricov. A. 1628. à Paulo V. & Urbano VIII. approbata. & S. R. C. 1690. 11. Mart.

Licet fin. S. Joseph ex fer. V. Cænæ transferendum ſit, præceptum tamen audiendi Miſsam, vacandiq; à servilibus íllo die servandum. Unde ante Miſsam solennem plures privatæ providendæ. S. R. C. 1692. 13. 9br. In Polonia quidem ex Synodo Petricov. poſt Pascha celebrabatur, nunc poſt Annum 1775. nec celebratur.

Quodsi idem festum occurrat in aliis feriis II. III. & IV. Majoris hebd. vel ob concursum Populi non potest. de eodem cantari Missa nec fieri processio. S. R. C. 1663. 4. Aug. Idem festum cedit Annuntiationi B. V. M. S. R. C. 1682. 28. April.

Festo Patrocinii S. Joseph. cedit festum S. Marci sicut SS. Philippi ac Jacobi Ap. S. R. C. 1743. 11. Maj.

Festum Purificat. B. V. M. in aliqua Domin. privilegiata occurens transfertur in fer. II. immediatè seq. quocunq; festo modo non altioris ritus, tunc incidente; nisi sit Titulus Ecclesiæ. S. R. C. 1681. 19. Aug. & 1746. 7. Maj, Antiph. vero Alma Redemptoris semper 2. Febr. post Complet. dimittitur. S. R. C. 1681. 11. Jan.

Occurente Dedic. Eccl. cum festo Nativitatis B. V. M. fiat de Dedic. & infra Octav. de digniore.

Occurrente Festo S. Thomæ Cant. 29. Xbr. fiat 30. ejusdem de Octava Nativ. Domini. S. R. C. 1681. 1. Mart.

In anno bissextili semper 25. Febr. agitur de S. Mathia, transferendo quodvis Offm. tunc occurrens, nisi sit Patroni, aut Titularis. S. R. C. 1680. 7. 10br. Idem est de aliis festis occurentibus in tribus diebus seq. S. R. C. 1681. 1. Mart. Adhuc Vigilia S. Mathiæ ratione carnisprivii anticipari

ri nequit. S. R. C. 1694. 23. Jan. Nunc non jejunatur.

Occurente Octava S. Joachim cum Octava Nativ. B. V. M. in Polonia agitur de primo S. R. C. 1755. 29. 9br.

Feſtum duplex occurrens ante Octavam non privilegiatam, ſi transferendum eſt, transferri debet infra Octavam. S.R.C. 1679. 30. 7br.

Feria VI. poſt Octavam Aſcenſionis poteſt fieri de Semid. S. R. C. 1691. 11. Aug. Idq; cum Comm. feriæ, quæ in aliis Solennibus omíttítur S. R. C. 1705. 4. Apr.

Si feſtum II. Clas. cum Octava in Dominica impedita occurrat, neq; in tota hebdomada pariter impedita poni queat, etiam in Dominica ſeq. licet in ea sua dies Octava cadat, poni nequit sed transferendum in aliam diem non impeditam S. R. C. 1754. 16. 7br.

Occurrente commem. simplicis feria II. Quadrag. non debet dici quartô loco Omnipotens, sed ſufficit tertia à Cunctis. Quod ſi dicatur quarta Omnipotens, erit quinta ad libit. S. R. C. 1799. 4. Maj. Vid. Tit. XI. n. 39.

Feſtum sdx. incidens in feſto habente Octavam, vel in duplici infra Octavam, vel in Dominica infra Octavam non privilegiatam, debet transferri in diem, dequa agen-

dum foret de eadem Octava, vel in fer. II. immed. seq. non impeditam, licet tunc reponendum esset quodcunq; prius translatum Officium etiam I. Clas. S. R. C. 1741. 2. 7br. & 1700. 19. Jul. & 1629. 30. 7br. Non idem dicendum de eo Semid. quod occurrit in festo dupl. infra Octavam. S. R. C. 1679. 30. 7br.

Festum S. Annæ utpote celebre Occurrens in Octava S. Joan. de Dukla cum sola Commem. Octavæ celebratur. S. R. C. 1744. 22. Aug.

Si dies Domin. incidat in 24. Jul. eadem die celebrandum fm. S. Cunegundis. Similiter celebrandum fm. S. Stanislai Kostka. 13. 9br. Nec potest transf. in Dom. seq. S. R. C. 1745. 11. Maj.

Cum fm. Nativ. S. Joan. Bap. incidit in fm. Corporis, transferatur in proximam diem seq. etiam quo quo alio festo impeditam cum Comm. Oct. Sed in II. Vesp. Corp. fit tantum Com. de S. Joan. Cætera vero festa Solenniora similiter occurrentia transferuntur infra Oct. in primam diem non impedit. S. R. C. 1736. 5. Maj. Si autem Vigilia ejusdem similiter incidat, jejunium anticipandum. S. R. C. 1738. 24. 7br. Deq; tali Vigilia jam nihil in Officio ac Missa S. R. C. 1706. 18. 7br.

In Vigiliis Sanctorum vel Quat. Temp.

 vel

vel fer. II. Rogat. infra Octavas occurrentibus, Officium quidem de die infra Octav. dicitur, Missa tamen de Vigilia legenda cum Comm. Octavæ. Præterquam infra Oct. Corporis. in qua Missæ priv. dicuntur de Octava cum Comm. Vigiliæ, Aut vero duæ Missæ fiunt. Idem faciendum in feriis Quadrag. cum Miss. Convent. S. R. C. 1682. 24. Jan.

Vigilia Occurrens in dupl. I. Clas. nullum habet locum in Officio, excepta Vigilia Epiph. Imo etiam expedit auctoritate Majorum anticipare.

Dominica I. Clas. omnia festa movet. Quæ vero est II. Clas. cedit tantum Dedicationi Eccl. Titulari & Patrono. Semiduplex etiam excludit omnia translata, sicut & festa semiduplicia cadentia.

IV. De Translationibus.

Translato festo non transfestur indulgentia, nisi ex concessu speciali. S. R. C. 1741. 16. 7br

In translatione illud prius reponitur, quod est in Calendario prius, nullô particularitaris respectu habito. S. R. C. 1736. 5. Maj. Aut quod Majoris ritus S. R. C. 1681. 1. Mart. Seu etiam quod majore apparatu concursuq; pop. celebratur. S. R. C. 1682. 13. Jun. & 1686. 20. Jul. Item prius duplicia quam Semidupl. & in duplicibus

quod

quod solennius aut dignius. S. R. C. 1742. 7. 1obr.

Feſtis ſemidupl. perpetuò transferendis poſsunt etiam infra Octavas dies fixi aſsignari, modo non infra privilegiatas. S. R. C. 1745. 15. Maj. adeo & Oct. Corporis. &c. Ita. Rubr.

Quæ à die obitus alium diem sortiuntur, adhuc iisdem verbis in Martyrol. annuntiantur S. R. C. 1742. 2. 7br.

Si Dom. VI. poſt Epiph. supersit, illius Offm. dicendum amoto etiam ſemiduplici, ſi adſit, nec alia dies libera detur. S. R. C. 1693. 10. Jan.

Obligatio audiendi Miſsam non addit solennitatem Majorem S. R. C. 1741. 2. 7br.

Feſta ex locis ab Eccleſia aſsignatis propter occursum non sunt in Dom. transferenda, ſed suis locis celebranda, S. R. C. 1757 16. Jul.

Officium Nominis B. V. M. impeditum feſto Exaltationis S. Crucis, vel alio, transferendum &c. S. R. C. 1686. 22. Jul.

Feſtum SS. Fabiani ac Sebaſtiani semper ſimul celebratur, ubi Sebaſtianus tantum minus principalis Patronus eſt, nec Oratio alteratur. S. R. C. 1698. 12. 9br. Secus si sub ritu I. Clas. celebretur, quia tunc. S. Fabianus transfertur S. R. C. 1603. 6. 7br. Idem fit in aliis talibus.

Patronus & Titularis cedunt B. V. M. uti digniori S. R. C. 1733. 27. Aug.

Cum festum S. Marci sicut Philippi & Jacobi Apost. transferuntur, prius reponendum S. Marci S. R. C. 1706. 7. Jul.

Et ubi ista extra tempus Paschale celebrantur, etiam Alleluja omittitur S. R. C. 1736. 5. Maj.

Cum Offm Martyrum extra Tempus Paschale transfertur, habet autem proprium Introitum Gaudeamus sicut & Evangelium ac Epistolam tunc omnia ista dicuntur. Secus si nihil habet proprium dicitur Protexisti. S. R. C. 1738 29. 9br.

Si festum Martyris habens proprium Evangelium ad Tempus Paschale transferatur, idem Evangelium dici debet. S. R. C. 1738. 29. 9br.

In festo S. Petri M. extra Tempus Paschale translato, Evangelium erit. Si quis venit. S. R. C. 1736. 5. Maj.

Fm. Patrocinii S. Joseph II. Clas. cedit Inventioni S. Crucis S. R. C. 1741. 22. Apr. Non autem festis SS. Marci aut Philippi & Jac. Ap. S. R. C. 1743. 11. Maj. Unde in concursu nec Vesp. dimidantur. S. R. C. eadem. Et in casu etiam transferri valet. S. R. C. 1749. 11. Jan.

Festa ad libitum incidentia in Dom. aut aliquam festorum Mobilium diem, item in

Octa-

Octavas & Natalitia SS. de præcepto, vel etiam ex indulto Apostolico recitanda, jam transferenda non sunt, sed illo anno omittendn S. R. C. 1673. 20. 10br. Potest tamen fm translatnm, quod alias eo die celebrandum foret, in aliam diem non impeditam transferri. Potest item omitti officium, quod Semel in Mense aut hebdomada ex indulto recitatur ut sit locus Officio ad libitum. S. R. C. 1682. 29. Jan. Potest item Ordinarius semel ac pro semper talibus festis afsignare diem fixam, non mutatà tamen eorum natura. S. R. C. 1744. 7. Maj. Non potest autem Simplicibus. S. R. C. 1746. 7. Maj.

Offm Sepulchri, si quando Dom. II. post Pascha impediatur eo anno omittendum, non transferendum. Est enim tantum ex indulto. S. R. C. 1752. 29. Jan. Nunc transfertur. sed infra Temp. Pasch.

Generatim non pofsunt transferri illa Officia, quæ sunt certis diebus affixa, proq; locis particularibus concefsa, solum quæ de præcepto. S. R. C. 1736, 5. Maj.

Sancti qui in fine anni supersunt, ad annum seq. transferendi non sunt, sed illo anno, diebusq; eorum considerandi ut simplices. S. R. C. 1738. 8. Mart. Licet iterum etiam de talibus Dom. Resurr. & Pentec. duobusq; diebus seqq; nihil. Semiliter nihil Dom. Palmarum, festisq;

ſtisq; Aſcenſionis. Corporis. Dedic. Eccl. & quibusvis I. Clas. nisi in feſtis. II. Claſ. in Laudibus ac Vesp. privatim tantum facienda eorum Comm. Et in Vigilia Pentecoſt. facta eorum Comm. in Officio, in Miſsa vel privata nihil ſit. Pariter infra Octavam Corporis de talibus Semidupl. IX. Lectio non ſit. Idem puta de Cæna Domini ſicut de diebus Parasceves ac Sabb. Magno. S. R. C. 1768.

V. DE OCTAVIS.

Semper Octava præferenda eſt, quæ ſit Perſonæ vel Ordinis dignioris. Vid. hic Tit. II. n. ult. Si Personæ ſint æquales, præferenda, cujus Solennitas feſtivior. In aliis Octava I. Clas. dignior quam II. Clas. S. R. C. 1700. 19. Jun. Et quæ eſt Universalis Eccleſiæ quam particularis. Ita Gavant. Et Dedicationis quàm Patroni. Niſi hæc B. V. M. vel adhuc Trinitatis ſit. Adhuc Octava OO. SS. dignior quam Dedicationis. S. R. C. 1695. 5. Mart. & item quam Patroni aut Titularis. Adhuc Octavæ Nativ. Domini Epiphaniæ, Paschatis, Pentecoſtes Corporis, pro privilegiatis habentur, respectu aliarum omnium. Similiter ex dignitate majore habet se Octava Nativ. S. Joan. Bapt. ac Petri & Pauli Ap. niſi iterum ſit B. V. M. Vid. adhuc supra Tit. III. n. 10. & 13.

Dies quoq; Octava Nominis Jesu, Trinitatis

tatis, Transfigurationis eſt privilegiata, proin debet habere utrasq; Vesp. integras. in concursu dupl. minoris. Non tamen rursus dies Oɛ̃ava Crucis vel Michaëlis S. R. C. 1708.

Oɛ̃avæ Michaelis cedit fm Rosarii S. R. C. 1744. 20. Jun.

Infra Oɛ̃. Corporis poteſt dici Offm de dupl. I. & II Clas. translato. Non autem in die Oɛ̃ava, in qua nec Offm II. Clas. occurrens recitari valet S. R. C. 1699. 30. Maj.

Diebus infra Oɛ̃avam Trinitatis ubi eſt Titulus Eccl. in feſtis nempe infra eam Occurrentibus non debet dici Symbolum ad primam. S. R. C. 1709. 8. Jun. Tantum in ipsa die Solenni, inq; Oɛ̃ava. S. R. C. 1736. 5. Maj. Rursus diebus 6. & 7. infra eandem Oɛ̃. faciendum eſt Offm potius de 2. & 3 die infra Oɛ̃. Corporis tantum cum Comm. Trinitatis S. R. C. 1709. 8. Jun. Siq; tunc celebratur de aliquo feſto duplici, prius quoq; Corporis, quam Trinitatis facienda Comm. S. R. C. 1682. 24. Jan.

Tantum feſta principalia habent Oɛ̃avas, non autem Secundaria S. R. C. 1743. 19. Jan. Secundaria vero si solenniter celebrentur, habent solum ritum duplicis Majoris ſine Credo S. R. C. 1742. 1. 10br.

Quæcunq; dies Oɛ̃ava B. V. M. debet habere integras utrasq; Vesperas in concur-

cursu dupl. minoris. S. R. C. 1691. 11. Aug. In aliorum Octavis Minoribus dimidiantur Vesp. S. R. C. 1664. 12. Jul.

Quævis dies Octava non cedit nisi solis festis I. & II. Clas. S. R. C. 1681. 1. Mar.

Festum habens Octavam, si post Octavam transfertur, tunc sine ea celebratur. Quodsi infra, Oct. solum reliquòs dies retinet, modo in Dom. seq. non transferatur. S. R. C. 1741. 16. 7br.

Qui habent privilegium Octavarum in Quadrages. feria IV. Cinerum de Octava nulla fit Comm. S. R. C. 1692. 24. Jan. Itaq; sine tali privil. Octavæ à die IV. Cinerum ad Dom. in Albis. Sicut à 17. 10br. ad 13. Jan. Et à Vigilia Pentec. per ejusdem Octav. non celebrantur.

VI. De Natalitiis ac Hymnis.

Cum Hymnus alicujus festi in I. Vesp. non recitatur, ponitur pro Matutino. Sicut hymnus Matutini pro Laudibus. S. R. C. 1736. 5. Maj.

Infra Octavam B. V. M. si fiat de festo in quo de Octava nec Comm. fit, adhuc hymni debent terminari per Jesu tibi. Et in Missa præfatio de eadem Octava dicitur S. R. C. 1755. 29. 9br.

Si festum Confessoris transferatur in proximam diem seq. adhuc hymnus in I. Vesp. propterea non mutatur, modo illæ impedi-

tæ

tæ non ſint. S. R. C. 1682. 13. Jun. Idem fit, ſi habens Octavam non ultra 8. dies ab obitu. transferatur. S. R. C. 1741. 2. 7br.

In feſto Stigmatum etiam translato pariter non mutatur. S. R. C. eadem.

Dies Natalitii SS. ſunt, qui fixi aſsignantur, licet non ſint veri obitus S. R. C. 1682 28. 9br.

VII. DE DEDICATIONE.

Feſtum Dedicationis non poteſt celebrari, niſi in Eccleſia Conſecrata. S. R. C. 1629. 18. Aug.

Omnes Eccleſiæ Diœcesanæ tenentur celebrare Dedicationem Cathedralis, ſed ſine Octava. Etiam illæ ſine Octava, quæ non habent ſuam S. R. C. 1693. 10. Jan. Sola adeo Civitas cum Suburbiis ad Octavam tenentur.

Regulares tenentur ritu duplici I. Claſ. celebrare Dedicationem ſuæ Eccleſiæ, circa quam morantur. Sicut & Titularis. S. R. C. 1683. 13. Jun. Iidem degentes in Civitate tenentur celebrare Dedicationem Cathedralis, ſed tantum ritu dupl. II. Clas. ac ſine Oct. S. R. C. 1662. 2. Apr. Inq; casu occurrentiæ cum Majori, debent illam trsnsferre. Degentes vero extra Civitatem, & per totam Diœceſim nec ad recitationem officii talis Dedicationis tenentur. S. R. C. 1752. 29. Jan. Similiter Moniales etiam ordi-

Ordinariis subjectæ ad offm. Dedicationis Cathedralis sub ritu dupl. II. Claſ. tenentur, sed ſine Credo, nec aliter. S. R. C. 1702. 11. Febr. Niſi aliud ex speciali indulto ſit. S. R. C. 1744. 22. Aug.

Sacerdotes in Parochia degentes sed illi non subjecti non poſsunt celebrare ſm Dedicationis ejus Eccleſiæ Si præsertim Cathedralis non ſit, etiam in ipsa die. S. R. C. 1700. 17. Aug. Aliud eſt ſi ibi habeant beneficium vel ſimplex S. R. C. 1744. 16. Maj.

Occurrente Octava Dedic. Eccl. cum feſto Viſit. B. V. M. ipsum feſtum transfertur. S. R. C. 1688. 21. Aug.

Occurrente Dedicatione Baſilicæ infra Octavam alterius alicujus Dedic. pro Comm. hujus erit. 2. Orat. Deus qui inviſibiliter. S. R. C. 1706. 27. 7br. Vid. Tit. II. n. 4. & 9. Item Tit. III. n. 10.

VIII. DE PATRONIS.

Patronus Eccl. eſt, cujus nomine dedicatur Eccleſia. Patronus vero loci aut Regni debet legi tantum ex iis, qui ab universa Eccleſia coluntur idq; titulo Sancti, non vero Beati. S. R. C. 1639. 27. 7br. Et adhuc mediante Concilio generali, perq; secreta suffragia etíam à populo, non vero à Solis Officialibus. Debet quoq; Cleri conſensus accedere ſicut & Loci Ordinarii.

Do-

Demum poſt examinatas causas. S. R. C. approbatio ſub nullitate totius actus. S. R. C. 1742. 15. 7br. Beati adeo legi nequeunt, & ubi lecti, supprimendi S. R. C. 1740. 23. Junii.

Feſtum de Patrono principali loci eſt de præcepto cum obligatione audiendi Miſſam, vacandiq; a servilibus. Et ipsum celebrandum ritu dupl. I. Clas. cum Octava ab omnibus Sacerdotibus sæcularibus S. R. C. 1792. 15. 7br.

De Patrono seu Titulari Eccleſiæ debet fieri Offm dx. I. Clas. a Clero ejusdem Eccleſiæ, licet ipsa non ſit consecrata tantum benedicta. S. R. C. 1710. 21. Jun.

Qui adeo alicui Eccleſiæ addicti non sunt, licet in illa Parochia degant, non debent facere Offm ſicut de Consecratione ſic de Patrono ejusdem S. R. C. 1709. 17. Aug.

De Protectore vel Patrono principali Civitatis. debet celebrari Offm cum Oct. per totam civitatem & Diæceſim ſub ritu dupl. I. Clas. tam quo ad Sæculares, quam quo ad Regulares utriusq; sexus. Sed apud iſtos ſine Octava S. R. C. 1739. 23. Maj. In Diæceſi autem ubi non ad eſt proprius Patronus ſimiliter cum Oct. Alias nihil de illo. Vel ſi eſt consuetudo, tantum ſub ritu duplici Majori. S. R. C. 1658. 28. 7br.

Re-

Regulares tenentur quidem celebrare ritu dupl. 1. Clas. fin de Patrono principali loci, & de Titulari Ecclæ Cathedr. Sed eorum Octavas non tenentur. Imo nec possunt eas fine speciali facultate servare. S. R. C. 1683. 20. Mart. Solas eas Octavas possunt, quæ toti Regno, Provinciæ Diœcesi vel loco & utriq; Clero conceduntur. S. R. C. 1682. 13. Jun. & 1683. 20. Mart.

Decretum quod Regulares non possint recitare Offm de Oct. Patronorum fine speciali potestate, etiam Moniales comprehendit. S. R. C. 1702. 11. Febr.

Nomine Patroni loci de quo Regulares Offm recitare tenentur, non venit Patronus Parochiæ S. R. C. 1705. 14. Febr.

Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debet de ambarum Patronis & Titularibus offm recitare, si illæ fint peræquè unitæ. S. R. C. 1698. 5. Jul.

Festa Patronorum minus principalium non habent Credo. Unde ex Missalibus ubi est, expungendum. S. R. C. 1744. 22. Aug. Idem dic de festis Patronorum principalium secundis. Puta in ipsorum translationibus. S. R. C. 1700. 19. Jun. Nisi ratione insignsis reliquiæ. Eadem festa secunda si celebrentur solenniter habent ritum duplicis Majoris. S. R. C, 1742. 1. 10br.

Festa duplicia quæ celebrantur à populo de

præcepto, eundem ritum retinent, quem alias seclusa præcepti qualitate habebant S. R. C. 1741. 2. 7br.

IX. DE LECTIONIBUS.

Si quando impeditur initium Scripturæ tunc aut ad aliam diem liberam transfertur licet hoc post Octavam eveniat, aut anticipatur. S. R. C. 1736. 5. Maj.

Quando Mense Novembri eadem die veniunt plura initia ponenda, tunc ex singulis una lectio dicitur. Nec plura quam tria initia eodem die poni queunt. S. R. C. 1698 5. Jul. Et ubi plura festa suas Lectiones habent, tunc etiam aliqua talia initia omitti posſunt. S. R. C. eadem.

Lectiones I. Noct. in Officio de festo dupl. Majori nisi habeat proprias, sumendæ ex Communi, non autem ex Scriptura tunc currente S. R. C. 1705. 4. Apr. Vid. Tit. IV. n. ultimo.

Dominica in Albis potest legi IX. Lect. de Simplici S. R. C. 1736. 5. Maj. Generatim simplex habet Lectionem in Dominica, qua dicitur Te Deum, secus nisi Commem.

In Offo Gabrielis sicut Raphaëlis Arch. ad 8. bened. dicitur. cujus festum. S. R. C. 1692. 13. 7br.

In Offo MM. qui Sanguinem non fuderunt, semper 8. Resp. dicitur. Domine prævenisti. S. R. C. 1693. 10. Jan. Vide adhuc Tit. II. n. 4. & 5.

X.

X. De Commemorationibus.

In Desponsatione B. V. M. non est facienda commem. S. Joseph. S. R. C. 1736. 5. Maj.

In Suffragiis ac Locis, ubi plures Patroni habentur, tantum de principali comem facienda. S. R. C. 1663. 20. 9br.

Ubi est titulus Assumptionis B. V. M. vel hujus modi pro Suffr. sufficit commem. S. Maria. Idem dic de Tit. Crucis, vel SS. Petri &c. S. R. C. 1695. 29. Apr.

In Suffragiis non sunt omittendæ commem. Salvatoris, Transfigurationis, Crucis in eorum Ecclesiis Titularibus. S. R. C. 1704. 23. Aug.

Si Eccla dicata sit SS. Trinitati, Transfigurationi, Cruci, vel alicui ex nominatis in Oratione a Cunctis, tunc loco, quo N. est, potest exprimi nomen Sancti cujus habetur insignis reliquia. Vel in hujus defectu alterius ad libitum.

Interea S. Joseph præponitur Apostolis S. R. C. 1745. 4. Maj. Similiter S. Joan. Bap. Josepho sicut S. Michael aliiq; Angeli etiam Sancto Joanni Bapt.

Si S. Joan. Evang. fuerit Patronus vel Titularis Ecclæ ejus Commem. facienda statim post Nativ. Domini. Idem dic de Innocentibus.

Ex

Ex brevi Pii VI. Ano. 1775. in festo S. Stephani Protom. facienda est commem. Omnium MM. in utrisq; Vesp. Laudibus ac Missa, idq; ante Octavam Nativit. per Antiph. Justorum. Vers. Lætamini. Orat. Deus qui nos annua. Similis facienda comm. OO. SS. Apostolorum in festo SS. Petri & Pauli per antiph. ex Communi. Orationem vero de Divisione Apost.

Ubi celebratur S. Petri ad vincula, sicut Commemoratio & Conversio S. Pauli cum Octava, ibi facienda Comm. distincta alterius respective. ut in festo. S. R. C. 1741. 2. 7br.

Si plures sint Commem. ejusdem speciei faciendæ, tunc pro 2. sumitur antiph. ex II. Vesp. cum ℣. secundi Noct. Pro 3. antiph. prima ex III. Noct. cum ℣. ejusdem. Ad Laudes vero erit pro I. propria antiph. ex I. Vesp. cum ℣. suo. Pro 2. antiph. cum ℣. ex III. Noct. Pro 3. antiph. ℣. ex II. Noct. S. R. C. 1636. 5. Maj.

Feria 3. Rogat. non dicitur 2. Orat. Dominicæ, sed Concede. S. R. C. 1706. 25. 7br.

XI. De Missa in Communi.

In Missa congruentius est uti cingulio lineo, quam sericeo. S. R. C. 1701. 22. Januar.

Palla à parte superiore cum drappo se-

riceo non est ad hibenda. S. R. C. eadem.

In altari sub quo sepulta cadavera, non est celebrandum. S. R. C. 1729. 11. Jun.

Septimum Candelabrum in Missis Solennibus Episcopo applicatur. Non tamen in Missa Defunctorum, aut Vesperis S. R. C. 1607. 19. Mart.

Nulla urgente causa celebrare ante Matutinum leve peccatum, modo id non fiat ex consuetudine. præter Conventualem. Ita Bened. XIV.

Cum Episcopus Missæ Solenni assistit, Celebrans debet respondere eidem Ad Deum qui lætificat. & cætera ad usq; Indulgentiam. inclusivè. S. R. C. 1663. 4. Aug.

Dum altare consecratur ad modum altaris fixi, inter stipitem ac altare, si lapis superior, qui mensam format, suo à stipite moveatur, tunc & ipsum altare execratur. Jam altare portatile in qua qua remotione non execratur nisi cum sepulchrum reliquiarum frangitur. S. R. C. 1710. 21. Jun.

Altare portatile ligneum permitti debet, modo cum ara lapidea solitum sepulchrum reliquiarum habeat. S. R. C. 1612. 12. 9br.

Privilegia Regularium altari portatili utendi cum per Tridentinum revocata sint ad hoc servandum possunt vel per censuras ab Ordinario cogi. S. R. C. 1703. 15. 10br.

Lati-

Latini ritus Presbyteri in Ecclís Rutenorum Unitorum deficiente Altari lapideo, & calice aureo, vel argenteo consecrato, Misſas super ipsorum antimenſis cumq; calice ſtanneo celebrare poſsunt. Ita Bened. XIV.

Super calice non poteſt deferri ſtrophium S. R. C. 1703. 1. 7br.

Nec cum cæsarie ficta celebrari poteſt. S. R. C. 1752. 3. Aug.

Ubi non eſt aurora phyſicè, pro licita celebratione Miſsæ attendatur ea moraliter, cum terminari solet quies hominum inchoariq; labor, juxta probatam regionum consvetudinem S. R. C. 1634. 2. 9br.

In privatis Oratoriis non poſsunt plures celebrari Miſsæ, quam unica, excepta die Nativit. Domini, cum unus tres celebrat. Ita Bened. XIV. Neq; hæc poſt meridiem sub pæna non satisfactionis præcepto audiendi Miſsam. In diebus autem solennibus ut Paschatis vel una celebrari nequit etiam ab Episcopo.

Vel pro Defuuctis una hora poſt meridiem celebrari nequit. S. R. C. 1661. 24. 9br.

Sæpe in Miſsali diſtingunutur Miſsæ privatæ ac solennes. Per solennes ergo

 so-

solæ illæ intelliguntur quæ cum Miniſtris, thure, omniq; solennitate celebrantur.

Cum Miſsa Conventualis dierum solennium ſine Minſtris canitur non fit thurificatio S. R. C. 1701. 22. Jan.

Absente Episcopo Celebrans ter, præsente tantum bis thurificandus. S. R. C. 1616. 30. Jun. Alli uno solum ductu S. R. C. 1718. 21. Jul. Dignitates & Canonici duplici. S. R. C. 1619. 19. Aug.

Miſsarum solennium celebratio, SSmi in proceſsionibus delatio, candelarum benedictio semper ad primam Dignitatem pertinet, hac absente ad secundam S. R. C. 1709. 23. Mart.

Regulares in Miſsa solenni debent adhibere Diaconum & Subdiaconum, in Vesp. autem Sacerdotem pluviali indutum S. R. C. 1652. 16. Xbr.

Deficiente Subdiacono poteſt à Superiore subſtitui iu minoribus Ordinibus ad cantandam Epiſtolam, modo ſine manipulo. S. R. C. 1698. 5. Jul.

Bened. XIII. juſsit in omnibus Ecclis Parochialibus debere ſteri omnes functiones solennes etiam ſine numero cantorum ac Miniſtrorum, uti diebus Purificationis, Fer. IV. Cinerum, V. Cænæ, VI. Parasceves, & Sabbo Magno, eamq; in rem edidit cærimoniale parvum servariq; mandavit Anno 1725.

In Ordinum collatione diebus à jnre ſtatutis dicenda Miſsa de feria currente, non autem de Sancto in ea cadente. S. R. C 1744. 21. Mar.

Curati tenentur celebrare pro populo diebus Dominicis ac feſtis, nec ternuitate Beneficiorum excusantur. In Nativitate D. tamen semel. Ita Bened. XIV.

Cofeſsariis & Capellanis quarumcunq; Monialium servitio addictis litet celebrare Miſsas Sanctorum, de quibus apud eas offm, modo cum Miſsali Romano. In quo ſi non habentur propriæ, leguntur cx Communi S. R. C. 1717. 20. 9br. Apud solas Moniales S. Bened. in ejusdem feſto, ſicut & infra Octavam quilibet Sacerdos poteſt & debet Miſsam de S. Bened. dicere. S. R. C. 1744. 11. Mart.

Miſsæ certis Religioſis conceſsæ non poſsunt ab aliis dici etiam in eorum Eccleſis ex sola communicatione priviolegiorum. Ex eadem communicatione Religioſi in Confiteor non poſsunt addere nomen Fundatoris. Imo nec in Litaniis. S. R. C. 1706. 20. Mart.

Non poteſt Episcopus cantare Miſsam apud Regulares ipſis invitis, ubi solitum non eſt. S. R. C. 1593. 6. Jul.

Sacerdotes etiam Regulares diebus, quibus propria Officia ritu dupl. recitant, a-

lienis in Ecclis celebrantes, quando ibi festum cum solennitate, concursuq; populi agitur, debent celebrare Missam conformando se ritui & colori earundem Ecclarum. In aliis vero diebus possunt. Sed iterum cum prohibentur Missæ Votivæ vel Defunctorum debent se conformare saltim quo ad colorem. S. R. C. 1701. 11. Jun.

Recitantes Offm de Martyre, dum celebrant in Eccla ubi est de Confessore, debent se illi quo ad colorem conformare, licet ibi nulla sit sollennitas. Et etiam quo ad Missam, quæ non potest dici de Confessore, si ibi ruber color fuerit. S. R. C. 1746. 1. Maj. Nisi quod cum Missali Romano si forte ibi particulares Missæ sint. S. R. C. 1717. 20. 9br.

Sacerdotes externi ad Ecclas Regularium confluentes & de Sanctis etiam illorum Ordinis celebrantes, dum ibi festum cum solennitate concursuq; populi celebratur, debent & ipsi se illi Ecclæ etiam quo ad Credo, numerumq; orationum more duplicium conformare. In aliis autem diebus possunt S. R. C. eadem & 1752. 29. Jan.

In Ecclis Regularium diebus Dominicis, ubi est offm de Dominica, possunt exteri uti colore Ecclæ. similiter possunt

Re-

Regulares in alienis celebrantes. Posſunt etiam Octavæ commem. addere, ſi forte accidat, servatis rubricis. S. R. C. eadem.

Qui celebrat in Eccla, in qua eſt de Patrono, vel Dedicatione, licet ipse oſſm dixit de alio, minore tamen, debet Miſsam celebrare cum Eccla, cumq; Oratione unica, niſi tunc occurrat Dominica, vel feria major. Quodſi celebrat in Dominica, ſi vult dicat duas orationes nihil amplius S. R. C. eadem.

Sacerdos in aliena Eccla celebrans non poteſt nomen Episcopi sui, loco illius Diæcesis subſtituere. Ita Bened. XIV. Eadem commem. debet fieri etiam ab exemptis S. R. C. 1649. 25. 7br. Sed non ejus Episcopi, qui tantum Adminiſtrator amovibilis S. R. C. 1722. 22. Aug.

Dum Matutinum vel horæ Canonicæ in choro recitantur, in Altari Majori privatæ Miſsæ celebrandæ non sunt. S. R. C. 1620. 2. Maj.

Miſsæ duæ ejusdem Sancti una immediatè poſt aliam non debet cantari in Eccla, in qua ejus feſtivitas celebratur. S. R. C. 1652. 3. Aug. Niſi forte pro aliqua fundatione implenda. Quo casu hæc cantatur poſt primam, conventualis poſt tertiam. 1752. 26. Aug.

Ubi notantur duæ Missæ, intelligendum in Cathedralibus & Collegiatis, in quibus ultra Missam festi omnino dicenda Conventualis.

Missa cohærenter ad offm semel in Mense concessa dicitur sine Gl. & Cred. S. R. C. 1752. 26. Aug.

Ab orationibus expungenda sunt cognomina & Patriæ Sanctorum. S. R. C. 1736. 5. Maj. Uti sunt Canuti, Nolasco, de Matha, Pii V. Margarithæ Scotiæ, & de Cortona, Gvalberti, Nonnati.

In Vigilia OO. SS. si occurrat Missam dici de semidupl. 3. Orat. erit à cunctis, non vero de Spiritu S. S. R. C. 1710. 21. Jun. Translato quoq; festo semidupl. ad aliquam vigiliam Apostoli, pariter 3. Orat. debet fore à cunctis. S. R. C. 1736 15. 7br.

Cum Missa dicitur de simplici vel semidupl. non sunt dicendæ necessario Orationes impares S. R. C. 1684. 2. Xbr. Vid. Tit. XIII. n. 30.

Occurrente Commem. Simplicis fer. II. post Domin. Passionis, in Missa 2. Orat. dicenda Dominicæ usq; ad fer. V. Cænæ. Sicut & infra Octavam Paschatis & Pentecost. occurrente festo simplici non est dicenda 3. Orat. Ecclæ S. R. C. 1736. 15. 7br.

Feria

Feria III. Rogat. non dicitur 2 Orat. Dominicæ S. R. C. 1706. 25. 7br. Sed Concede. 3. Ecclæ.Cum etiam dicitur. à cunctis. vel Ecclæ, non dicitur contra Paganos, vel alia hujusmodi.

Quando dicitur collecta vel Misſa contra Paganos, non poteſt mutari nomen Paganorum dicendo Turcarum. vel Hæreticorum S. R. C. 1689. 30. Jul.

Cum à Superiore indicitur collecta pro quadam neceſsitate in festis I. Clas. omittenda. Eadem collecta non sufficir loco, quo dici debet 3. ad libitum, sed omnino de præcepto debet dici alia ad libit. S. R. C. 1709. 17. Aug.

Cum dies anniversaria consecrationis Episcopi in Dominica I. Clas. vel hebdomada majore, aut die Paschatis, Pentecoſtes, Nativitatis D. vel alio die solenniore, non poteſt dici Misſa de Consecratione, tantum in Misſa c. die debet fieri Collecta pro Episcopo sub una concluſione S. R. C. 1705. 4. April. Similiter debet uniri, ſi ſint plures aliæ commem. faciendæ. S. R. C. 1709. 8. Jun. Adeo nec in solennibus, nec in Votivis unquam omittitur. Similiter in Polonia 15. Jul. & 10. 8br. pro gratiarum actione jungitur.

Sequentia de Nomine Jesu omittenda S, R. C. 1736. 23. Jun.

In Missis MM. ac Virginum quæ etiam ritu duplici majore celebrantur, non est dicendum Credo. S. R. C. 1700. 19. Jun. Similiter in Missis de Beatis non est dicendum, Nisi ibidem adsit reliquia S. R. C. 1664. 12. Jul. Excipitur in Polonia fm. S. Joan. de Dukla, Ladislai, Cunegundis. S. R. C. 1755. 29. 9br.

In festis etiam semidupl. ratione concursus populi, Capellæ, vel altaris, in Missa cantata potest dici Credo. S. R. C. 1661. 1. Apr.

In festis vel I. & II. Clas. in Dominica occurrentibus præfatio semper de Trinitate dicenda, si propriam non habeant. S. R. C. 1759. 3. Jan.

Ad illa verba Hanc igitur palmis apertis pollex dexter supra sinistrum cancellandus. S. R. C. 1663. 4. Aug.

Cruces super oblatis faciendæ manu dextrâ recta non transversâ S. R. C. eadem.

Patena congruentius in margine osculanda. S. R. C. 1683. 24. Jul.

Ante Communio cooperiendus est calix velo in anteriore parte, sicut ante confessionem.

In nocte Nativitatis D. post cantatam So-

solennem Misſam, aliæ duæ immediatè celebrari nequeunt Neq; Fideles Communicari poſsunt S. R. C. 1641. 20. Apr. Adhuc in I. & II. Misſa non debet fieri purificatio S. R. C. 1702. 16. 7br.

Celebratio Misſæ Solennis fer. V. Cænæ ſicut & omnes functiones in hebdomada majore non sunt de juribus Parochorum S. R. C. 1703. 10. Xbr. Modo in Sabbo M. ante matricem campanæ ne pulsentur S. R. C, eadem.

Obligatio audiendi Miſsam non reddit solennitatem majorem, sed offm suo in ritu relinquit, præter feſta Annunt. B. V. M. & S. Joseph S. R. C. 1741. 2. 7br.

Poſt incensationem Crucis incensantur reliquiæ, ſive imagines Sanctorum. Nec omnino reliquiæ ibi poni debent. S. R. C. 1749. 21. Mart. Sed ubi in expoſitione incensatur SSmum jam Crux incensari non debet. S. R. C. 1738. 29. 9br. Reliquiæ quidem tunc nec exponuntur. Vid. Tit. XV. n. 4.

In Ecclis in quibus de Beatis offm recitare & Miſsas celebrare licet, juxta S. R. C. S. 1658. 28. 7br. tabellas quoq; Votivas appendere, imagines, ſtatuasq; ponere, & etiam reliquias ipsorum exponere licet S. R. C. 1660. 17. Apr. Alias ſine conceſsione sedis Apoſt. nihil horum

 vel

vel in Sacrario ac Oratoriis licet. Et ubi imagines eorum indulgentur super parietibus, non ideo super altaribus. Prout ubi etiam super altaribus, non ideo & facultas de iisdem offm recitandi celebrandiq; Et ubi etiam id in uno loco, idem ad alium extendi nequit, quavis alia auctoritate concurrente. Similiter ubi Beatos coli permifsum, non idcirco & recitatio Officii satisfactoria indulta, nisi quibus id specialiter concefsum. Et quæ Mifsæ de ijsdem alicui, vel aliquibus concefsæ, a nullis aliis, quamvis Cardinalibus celebrari valent. Nec dies festi in eorum memoriam recoli, nec nomina calendariis apponi, nec etiam in Ecclcis precibus vel in Orationibus privatis recitandis, eorundem suffragia apponi posfunt nisi quibus indultum. Multo minus in publicis precibus præter Apostolicam approbationem invocari queut. Et reliquiæ ipsorum in procefsionibus circumferri, iidemq; in Patronos eligi, aut cum Octava celebrari non valent Unde in his omnibus si quid alicubi peccetur, Ordinarii. posfunt etiam ad censuras procedere. Quibus tamen Beatis cultus, ab immemorabili tempore, uti à 100. annis præstabatur, idem non removetur, nisi quid, post illos 100. annos superaddi-

radditum S. R. C. 1659. 21. 7br.

Imagines Beatorum posſunt pingi cum laureolis, non tamen cum diademate. Ita Bened. XIV.

Licet Offin B. V. M. de Carmelo dicitur ut ad Nives, Miſsa tamen propria Gaudeamus legenda. S. R. C. 1736. 5. Maj.

Profunda inclinatio fit ad Confiteor, Munda cor, Cruci in Sacrario, & altari, in acceſsu, receſsuq; Media ad Deus tu conversus, Aufer à nobis, Oramus te. In Spiritu humilitatis. Suscipe S. Trinitas. Ad Consecrationem. Agnus Dei. Domine non sum dignus. Placeat tibi. Minimarum maxima: Ad nomen Jesu. In tranſitu ante Crucem, in acceſsu receſsuq; ab ea. Ad Gloria Patri. Adoramus te. Gratias agimus. In unum Deum. Jesum Chriſtum. Simul adoratur. Minimarum media ad Nomen Mariæ. Minimarum minima ad Nomina Sanctorum &c. Quoties nomen Jesus in cornu Epiſtolæ nominatur inclinatio fit versus crucem, alias ad Miſsale.

XII. DE MISSIS VOTIVIS.

Miſsæ Votivæ regulariter poſt Nonam celebrantur.

Et semper ſine Glor. & Cr. niſi cum ſit de S. Maria in Sabbo, vel de Angelis,

lis, licet tunc tale offm non ſit. S. R. C. 1684. 2. 1obr. & 1689. 30. Jul.

In Votiva de Cruce vel Paſsíone, quæ infra hebdomadam Paſsionis dicitur, non eſt omittendus Pſalm. Judica nec cætera ejus temporis. S. R. C. 1647. 10. Febr.

Votivæ non poſsunt dici in Domin. Palmarum S. R. C. 1646. 14. Apr. Similiter non poteſt dici Votiva de Beata in Vigilia Pentecoſt. S. R. C. 1651. 19. Aug.

Infra Octavam Nativit. D. ac Epiphaniæ, in Majore hebdomada, perq; totam Octavam Paschatis, Pentec. & Corporis Miſsæ uti privatæ ſic cantatæ votivæ prohibentur, S. R. C. 1753. 22. 1obr. Unde tunc pro Votivis ſubſtitui debent de feſto. Et ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda & approbanda etiam lectis loco cantatarum satisfieri poſse. Quæ ſubſtitutio etiam infra Octavas valet S. R. C. eadem.

Votivæ quas ex obligatione aliqua Eccla per hebdomadam celebrare tenetur, ſi tunc feſta de præcepto occurrant, in aliam diem non imped. transferendæ S. R. C. 1634. 9. 1obr.

In Minoribus Ecclis, ubi unica Miſsa celebratur, non poteſt omitti illa curren-

tis

tis festi de præcepto, ut cantetur votiva S. R. C. 1709 22. Aug.

Licet in Conventibus erectæ sint Confraternitates, tamen votivæ simplices etiam fundatæ de earum Sanctis cantari non posśunt in festo dupl. majori & minori licet non de præcepto licetq; ibi consvetudo vigeat, & ad eas Populus libenter concurrat, illasq; cantari procuret. S. R. C. 1684. 24. Jul.

Propter petentes vel fundantes celebrari Misśas de Aśsumpt. Concept. aliisq; talibus B. V. M. in Sabbo, vel quibusvis festo dupl. non impeditis feriis, non sunt violandæ rubricæ, sed celebrandæ votivæ de Beata pro tempore occurrentes, sicq; etiam intentioni satisfieri S. R. C. 1752. 29. Jan. & 1753. 22. 1obr.

Votiva in cantu fundata non potest dici in duplici, sed tantum de festo cum applicatione, sicq; etiam mentem Benefactoris impleri. S. R. C. 1614. 19. Maj.

Cum in Cathedralibus præscribuntur duæ Misśæ Conventuales cantandæ, propter ulla occurrentia non potest una omitti ut cantetur fundata Votiva. S. R. C. 1626. 16. Maj.

Misśa votiva de Beata cum Gl. & sine Cr. in aliqua die ob publicam causam potest celebrari S. R. C. 1658. 8. Jun.

po-

Poteſt item solennis celebrari diebus Dominicis ratione concursus, modo non privilegiatis S. R. C. 1662. 29. 9br. Etiam ratione voti, vel alia causa poteſt cantari in Dominica cum Gl. & Cr. S. R. C. 1663. 16. Jun.

Votiva solennis ut de Beata dici poteſt in omnibus feſtis etiam duplicibus modo non ſint I. Clas. Ita Gavant.

Ubi eſt consvetudo immemorabilis cantandi Votivam de Beata poſt primam quotidie, tolerari poteſt, exceptis feſtis solennioribus ut Domin. I. Advent. Quadrag. Ciner. &c. S. R. C. 1663. 19. 9br. Idem eſt de Votivis in Sabbato cum Commem. S. R. C. 1684. 2. 10br.

In Ecclis ubi eſt Titulus, vel concursus populi ad celebrandum ſm. quod fors trasferri debet, poteſt cantari Votiva solennis de feſto occurrente. Vel etiam cantantur duæ Miſsæ una poſt tertiam conformis Officio, altera poſt nonam de translato. S. R. C. 1700. 17. Aug.

In Eccla in qua non cantatur quotidie Miſsa ſi occurrat ſm. Patroni & Titularis diebus, quibus de eo fieri Offum nequit, poteſt tamen (exceptis diebus à rubrica tit. VI. de translat. cantari Miſsa de Patrono, seu Titulari cum Orat. unica, licet non cantetur Miſsa concordans cum offo.

offo. S. R. C. 1704. 23. Aug. Dies autem illi excepti sunt: Domin. I. Advent. Quadrag. Feria IV. Cinerum. Dom. Palmarum, cum tota hebd. Majore. Resurrectio & Pentecost. eum duob9 diebus seqq; Nativitatis Dom Epiphaniæ, Ascensionis & Corporis Christi.

Pro re gravi potest cantari Votiva etiam in Vigilia Epiph. ac Nativit. D. S. R. C. 1714. 15. 7br. & 1730. 16. 7br. Et infra eorum Octavas cum præfat ipsorum si non habet suam S. R. C. eadem. cumq; Communicantes S. R. C. 1683. 16 Jun.

Dum Votiva pro re gravi cantatur, dici debet Gl. & Cr. cum colore Missæ S. R. C. 1667. 13. Aug.

Omittitur Gl. & Cr. in Votiva pro re gravi, si adhibeatur, color violaceus. S. R. C. 1607. 10. Maj.

Missa Crucis nullo modo vel ex consuetidine celebrari potest Fer. VI. infra Octavam Nativit. D. Imo nec infra totam ejus Octavam S. R. C. 1669. 22. Jan.

In Missa Votiva, si sin habeat propriam Missam, pro verbis natalitia vel festivitas, dicenda commem. vel memoria. S. R. C. 1753. 22. 10br.

Quando sit Votiva solennis de Spiritu S. loco Orationis Deus qui corda, dicitur

citur potius. Deus cui omne cor. cum Secreta & poſtcomm. ut in Miſsali.

In Votiva solenni una tantum Oratio cantanda, ſi nempe cantabatur alia Miſsa Offo conformis poſt tertiam. S. R. C. 1736 23. Jun. In Ecclis vero Regularium in quibus quotidie Miſsam cantare moris non eſt, in Votiva solenni licet una tantum Miſsa cantetur, unica quoq; Oratio dicenda S. R. C. 1752. 29. Jan.

Dum poſt Miſsam Conventualem cantatur Miſsa ex fundatione, in hac non debet fieri commem. feſti, de quo eſt Miſsa Couventualis S. R. C. 1736. 23. Jnn.

In Miſsa de semidupl. vel in Votiva, cæterisq; minoribus poteſt loco ultimo dici collecta pro defunctis, Sed ob id non omittenda ulla ex aſsignatis. S. R. C. 1684 2. 10br.

In Votiva ſive privata, ſive ex fundatione in Cathedralibus ſive Collegiatis cantandis non debet sumi commem. Officii S. R. C. 1736. 23. Jun. Sed sumuntur duæ collectæ juxta diverſitatem temporum in semiduplic. dicendæ. Niſi in illis Votivis dicenda foret collecta pro Fundatore. Tunc enim ipsa semper loco penultimo dici debet. S. R. C. 1684. 2. 10br. Vide rubricas Miſsalis tit. IX. de Ora-

Orat. Illæ vero collectæ ſic in Miſsali præscribuntur. In Adventu Deus qui de Beatæ & Ecclæ vel pro Papa. In Rorate 2. Orat. de Spjritu S. 3. Ecclæ. Ab Octava Epiph. ad Septuages. Deus qui saluvis. & Ecclæ. Poſt Purificationem ad Cineres à cunctis, & ad libitum. A Cineribus ad Domin. Paſs. à cunctis & pro vivis. A Domin. Paſs. ad Cænam Ecclæ tantum. Ab Octava Paschatis ad Aſcens. D. Concede & Ecclæ. Ab Octava Pentecoſtes ad Adventum à cunctis & ad libitum. Jam infra Octavas Concede & Eclæ. specíaliter infra Octavam B. V. M. inq; Vigilia OO. SS. Deus qui corda. Aliud ſi tunc agatur de senidupl., juxta rubricas.

In votiva privata, quæ celebratur infra Octavas, in Adventu, Quadrag. Quat. Temp. Vigiliis & Feria II. Rogat. prima Orat. erit de Miſsa, 2. Octavæ 3. de Feria. Et Evangelium S. Joan. dicitur non feriæ. S. R. C. 1737 23. Jun. Generatim in quavis Votiva ultimum Evangelium semper S. Joan. eſt.

In Votivis de SSmo 3. Orat. dícitur ea, quæ ratione temporis secundo loco dicenda fuit, non vero quæ aſsignatur loco secundo infra Octavam ejusdem SSmi S. R. C. 1705. 4. Apr.

Infra

Infra Octavam Concept. B. V. M. cum dicenda venit Missa de Fer. IV. Temp. in ea 2. Orat. erit de Octava, 3. de Spiritu S. quæ nimirum semper infra Octavas B. V. dicitur. Quodsi in ipsa Octava in Missis tantum feriæ, commem. fit aut si duæ Missæ cantantur, tunc sicut post tertiam cantatur sine commem. feriæ, ita quæ post nonam de feria, in ipsa 2. Orat. Deus qui de Beatæ. 3. Ecclæ. Idem servatur in Quadrag. si habeat Octavam aliquam, ex privilegio; Nempe 2. Oratio erit Octavæ, 3. Concede, non autem à cunctis. tempore autem Passionis quando Offm est de die infra Octavam, unica pariter debet cantari Missa de feria. cum commem. Octavæ. præfatio quoq; erit Octavæ, si suam non habeat. S. R. C. 1736 23. Jun.

Infra Octavam quæ habet præfat. & Communicantes si pro re gravi solennis Votiva quædam celebretur & ipsa præfat. quoq; suam habeat, ut de Cruce vel de Beata, tunc hæc ipsa dicitur Communicantes autem Octavæ occurrentis. S. R. C. 1683. 16. Jun.

Cum conceditur Votiva lecta vel cantata in festis vel infra Octavas eorundem, tunc non Votiva sed Missa de festo dicitur cum Gl. & Cr. Idem intellige

de

de Votivis infra Octav. B. V. M. Si tamen tunc ea die accidat Offm. de die infra Octavam. Si vero non accidat sed de alio, dicitur ad huc eadem Misa de Octava, sed sine Gl. Cr. nisi in Sabbo. aut Votiva Solenni S. R. C. 1753. 22. 10br. Videlicet in Votivis de Beata in Sabbo, semper dicitur Gl. licet tunc non dicatur Offm S. R. C. 1689. 30. Jul.

Quæsitum fuit utrum juxta Synodum Petricovien. singulis diebus posit dici Misa Rorate privata etiam in dupl. I. Clas. ac Dominicis Advent. Item utrum ut solennis. cum una Orat. cumq; Gl. & Cred. an vero cum omnibus commem. Præcipne in Ecclis, ubi tantum una celebratur Misa. Ad utramq. partem respondit negative S. R. C. 1741. 1. 10br.

Tolerari potest Misa Votiva cantata B. V. M. toto tempore Advent. ut in Polonia, exceptis solennioribus festis, modo cantetur sine Symbolo, licet Misæ occurrentes illud exigant, & solum cum Gl. in Sabbo, & infra Octavam ejusdem non omisa tamen Conventuali Misa. S. R. C. 1744. 22. Aug.

In novem diebus ante Nativitatem D. ubi adest antiquisima consuetudo, vel con-

concursus potest cantari unica Missa solennis Votiva Rorate licet in ipsis occurrat fm. S. Thomæ Ap. Sicut Domin. III. & IV. Adventus. Non omissa tamen Conventuali S. R. C. 1658. 28. 7br. Id est cum Gl. & Cr. ac una Orat. Nisi in festo Expectationis ubi addenda comm feriæ.

Etsi cum maxima solennitate & concursu populi cantetur ab immemorabili tempore in Adventu, singulis diebus Votiva Rorate in Polonia, ex Concilio Provinc. à Paulo V. approbato non est tamen inter Votivas pro re gravi, vel publica causa recensenda, sed haberi duntaxat potest, ut mera populi devotio. S. R. C. 1752. 29. Jan.

Ex his aliisq; superioribus tale corollarium. Toto tempore Adventus in Polonia Missa Rorate non potest cantari ubi unus tantum est Sacerdos. Similiter non potest in festis solennioribus Signanter in Dominicis Adventus, festisq; I. & II. Clas. Proin nec in festo S. Audreæ Ap. Nec infra Octavam Concept. B. V. M. Aliis autem diebus etiam duplicibus potest cantari modo cum suis Commem. ut in Votivis. ac sine Cr. & etiam sine Gl. modo privatarum, præterquam in Sabbo, in quo solo dicitur Glor. Jam infra Octa-

ctavam Concept. diebus quibus fit offm de Octava, etiam Missa de Octava cum Gl. & Cr. dicitur. Quibus autem non fit, dicitur adhuc Missa de Octava, sed sine Cr. & etiam sine Glor. nisi rursus in Sabbo. Demum à 16. 10br. inclusivè per novem dies sequentes cantari potest quotidie Rorate more Votivæ sollennis cum Gl. & Cr. ac Orat. unica, nisi iterum in die Expect. ubi Omnes Commem. adduntur.

XIII. De Missis Defunctorum.

Missa Defunct. non potest celebrari, nisi in colore nigro, aut saltim violeleo. S. R. C. 1670. 21. Jun.

Nec sunt cantandæ vel celebrandæ diebus solennibus S. R. C. 1607. 23. Jun.

In duplicibus I. Clas. puta festivis juxta præcedens decretum etiam præsente corpore non potest cantari Missa Defunct. Multo minus dicenda una Missa deficientibus in choro Clericis. S. R. C. 1698. 5 Jul.

Pariter in festo duplici Missa Defunct. celebrari nequit. Quodsi adsit Benefactorum intentio, non transferatur sed celebretur de festo cum applicatione. S. R. C. 1662. 5. Aug.

Cum

Cum primum habita fuerit notítia, de obitu alicujus, cantari poteſt Miſsa Defunct. etiam in feſto duplici minori vel majori, quod non ſit de præcepto. celebre. Nam eo casu prædicta Miſsa erit differenda S. R. C. 1686. 4. Maj.

Miſsæ Dufunct. ut populus semper prætendit, vel ad petitionem hæredum non poſsunt cantari pro Benefactoribus die, qui non ſit obitus. Nec anniversarium occurrente feſto duplici majori vel minori etiam non de præcepto, ſeu feſtivo. S. R. C. 1754. 4. Maj.

Sicut in duplici, ſic etiam in Dominica Miſsæ Defenct. celebrari nequeunt S. R. C. 1660. 28. Febr. Similiter nequeunt infra Octav. Nativit. D. Epiphaniæ Paschatis, Pentecoſtes, Corporis Xti.

In secundo triduo majoris hebdomadæ non poſsunt celebrari exequiæ Defunct. sed offm ac preces recitandæ privatim. S. R. C. 1736. 11. Aug.

In diebus infra Octav. Corporis duplicia non excludentibus cantari non poteſt Miſsa Defunct. de die obitus. Nec de 3. 7. 30. Nec anniversarium in dictam Octavam incidens. S. R. C. 1738. 8. Mart. Excipe unam solum Miſsam solennem de die obitus, ac præsente conpore S. R. C. 1671. 12. 7br.

Po-

Poteſt item cantari feria III. & infra Octavam Paschatis, Pentecoſtes, ac feſtis I. Claſ. non celebribus, ſi præsens corpus fuerit, aut pridie sepultum ſit. S. R. C. 1741. 2. 7br. & 1752. 20. Jan.

Insepulto cadavere poteſt celebrari una Miſsa solennis Defunct. etiam in Dominicis ac feſtis diebus modo non solennioribus S. R. C. 1752. 29. Jan.

Miſsa ad Altare privilegiatum pro Defun. debet fore de Requiem, niſi inciderit in diem qua talis prohibetur. Ita Bened. XIV.

Poteſt adimpleri quævis fundatio, & etiam pro Defunctis per celebrationem Miſsæ de feſto, ſi Defunctorum dici nequeat. S. R. C. 1741. 2. 7br.

Miſsa de feſto dupl. vel quocunq; alio in altari privilegiato celebrata suffragatur non minus ac ſi celebretur de Requiem. Ita Alexand. VII. Quod Clemens IX. extendit ad altare etiam non in perpetuum privilegiatum. S. R. C. 1714. 15. 7br.

Si quis dixit offm de Semidupl. inq; alia Eccla celebrat, in qua eſt de dupl. etiam non de præcepto, non poteſt ibi dicere Miſsam Defunct. S. R. C. 1668. 9 Jun. Quod intelligendum etiam de Ecclis Monialium S. R. C. 1702. 4. Febr.

Durante Expoſitione SSmi ratione 40. horar. regulariter non poteſt celebrari Miſ-

Miſsa Defunct. privata, nec cantari pro impl nda Teſtatoris mente, ſive pro anniversario faciendo, licet offm tales Miſsas admittens occurrat. S. R. C. 1684. 2. 10br. Extra hunc unum caſum poſsunt. S. R. C. 1746. 7. Maj.

In Miſsa Defunct. inq; paramentis nigris non eſt miniſtranda Euchariſtia per modum Sacrti, id eſt ex præconsecratis particulis extrahendo pixidem a cuſtodia. Bene vero per modum Sacrificii ex particulis infra eandem Miſsam consecratis. S. R. C. 1741. 2. 7br.

In anniversario occurrente in feſto dupl. II. Claſ. non poteſt cantari Miſsa Defunct. S. R. C. 1698. 5. Jul.

Pariter infra Octavam privilegiatam Miſsa anniversaria cantari nequit. S. R. C. eadem Vid. Tit. V. n. 1.

Die obitus impedito, vel infra Octavam privilegiatam cadente non poteſt loco anniversarii Defunct. cantari Miſsa de feſto occurrente vel de feria privilegiata per applicationem S. R. C. 1753. 22. 10br. Sed debet transferri in diem non impeditam S. R. C. 1603. 23. Maj.

Offm anniversarium vel Septenarium, & trigenarium ſi cadat in diem feſto de præcepto impeditam cum eadem solennitate in proximam non impeditam transfer-

fertur, nec in Orat. quid mutatur? S. R. C. 1686. 4. Maj.

Non valentes satisfacere anniversariis posſunt. ea implere feſtis dupl. modo non de præcep S. R. C. 1609. 3. Mart.

Ex privata devotione Parochianorum anniversaria pententium poteſt in Ecclis ruralibus cantari Miſsa Defunct. in feſto dupl. minori, cantata altera de feſto ubi sunt plures Sacerdotes, modo ſit vere dies anniversaria. Imo etiam ubi unus tantum Sacerdos per annum celebrat. Non idem eſt de die 3. 7. 30. S. R. C. 1706. 19. Jun.

Poteſt celebrari Miſsa Defunct. una ratione anniversarii die obitus. etiam in dupl. majore. S. R. C. 1714. 15. 7br. Exceptis dupl. I. Claſ. Saltim magis solennibus. Ita Bened. XIV. Item omnibus dupl. de præcepto, quibus audienda Miſsa, & vacandum à serutibus. S. R. C. 1669. 20. Jul.

Miſsæ de Requiem cantari poſsunt in Ecclis pro Benefactoribus defunctis, qui apud illos sepeliuntur in die obitus illorum occurrente feſto dupl. majori vel minori, sed non de præcepto ſive feſtivo S, R. C. 1754. 11. Maj.

Anniversaria quæ ex Teſtatorum voluntate sunt, à Capitulo, præsertim circa

Quat. Temp. in cantu celebranda, absolvi posſunt etiam in feſto dupl. majori per annum, non tamen de præcepto, etiamſi dies illa non ſit vere anniversaria. S. R. C. 1753. 22. 10br.

In anniversario vel obitu Sacerdotis dici poteſt Miſsa, quæ eſt pro Episcopis ut in Commem. OO. FF. vel ea, quæ eſt communis in die obitus cum Orat. Deus qui inter. S. R. C. 1752. 29. Jun.

Si anniversarium anticipetur vel poſtponatur poſt aliquot dies, adhuc poteſt dici Miſsa ut in Anniversario S. R. C. 1698. 5. Jul. Idq; nihil mutando. vel etiam ut in quotidianis. S. R. C. 1753. 22. 10br.

Religioſi celebrantes qua qua ex causa in aliena Eccla in qua eſt sdx interim ibi fiunt Exequiæ, vel anniversarium, licet ipſi recitaverint offm dx. debent se conformare Ecclæ. S. R. C 1704. 23. Aug. Similiter Sacerdos Sæcularis pro ut Regularis habens offm dx. ſive etiam I. & II. Clas. in aliena Eccla ex obligatione, vel in solenni cadaveris alicujus sepultura, ſive etiam in exequiis solemnibus celebrans, debet se conformare Ecclæ quo ad solemnitatem, & colorem paramentorum. S. R. C. 1752. 29. Jan. Poteſt.

teſt adeo ſine scrupulo celebrare Miſsam & solennem & privatam etiam Defunctorum. Ideo anterius decretum S. R. C. 1746. 6. Maj. quo ad hoc sublatum.

In Miſsis Defunctorum poſsunt plures Orat. dici quam tres modo impares. Proq; illa: Deus veniæ, licitè subrogatur quævis alia, modo ultima ſit Fidelium S. R. C. 1741. 2. 7br. De aliis Miſsis Vid. Tit. XI. n. 38.

In Commem. OO. FF. Miſsa poteſt ad libitum applicari pro omnibus, vel solum pro aliquibus S. R C. 1663. 4. Aug. Matutinum vero Defunct. non eſt recitandum 1. 9br. vesperi, sed omnino 2. mane S. R. C. 1603. 23. Maj. Excipe ſi hoc ſit præsente Episcopo, ſiatq; ante Completorium S. R. C. 1698. 5. Jul. Aut ſi ſiat privatim extra chorum S. R. C. 1745. 4. 7br.

In eadem die, ſi incidat dies quædam Dedicationis, tunc Miſsæ privatæ erunt pro Defunctis. Et cantabuntur duæ Miſsæ una de Octava, altera pro Defunctis. S. R. C. 1698. 27. 7br.

In eadem poteſt fieri offm de dupl. minori etiam translato, sed Miſsæ privatæ celebrandæ pro defunctis S. R. C. 1686 5. 8br.

Eadem die onus quotidianæ Capellaniæ ceſsat. Ben. XIV.

 Eadem

Eadem die Misſa à quocunq; celebrata suffragatur, acſi in altari privilegiato celebraretur. Ita Clemens XIII. 1761. 19 Maj.

Eadem die non poteſt celebrari Misſa solennis poſt primam, tantum poſt nonam. S. R. C. 1701. 22. Jan.

Commem. OO. FF. non eſt facienda die Dominica sed transferenda in fer. II. seq. S. R. C. 1605. 24. 7br.

Si duplex minus ratione reliquiæ cadat in 3. 9br. in quo etiam forte incidit dies translata commem. OO. FF. poteſt fieri offm de feſto etiam translato, non enim ipsum fm transfertur. S. R. C. 1716 10. Jul.

Onus celebrandi Miſsas in feſtis Doctorum tunc solum obligat, cum Eccla utitur antiph. O! Doctor. S. R. C. 1754. 7. 7br. Similiter ſi ſit onus celebrandi in feſtis Apoſt. & Evang. in feſtis Joannis ac Matthæi non erit propterea obligatio duarum Miſsarum diſtinctarum. S. R. C. eadem.

In die commem. OO. FF. ad absolutionem in Oratione non eſt dicenda tota conclſio. S. R. C. 1698. 5. Jul.

Offm super cadavere in Ecclis Regularium spectat ad ipsos Regulares non autem

autem ad Curatos, non obſtante qua qua consuetudine. Extra vero locum suæ poſseſsionis absolvere, vel aliquid agere, ut incensare, à Dominis rogati nequeunt. Id enim Parochorum eſt. S. R. C. 1741. 2. 7br.

In Depoſitione Defuncti in illis verbis: cum servo tuo, vel muliere præsente nihil mutandum. S. R. C. 1691. 31. Aug. In ſine autem Absolutionis semper addendum Anima ejus. S. R. C. 1684. 2. 10br.

In exequiis parvulorum Fer. V. & VI. majoris hebdomadæ poteſt omitti Gloria Patri.

In Vesperis Defunctorum & Laudibus dicendi sunt Psalmi appositi: Lauda anima. & De profundis. Nec omittuntur, niſi in die obitus & Commem. OO. FF. S. R. C. 1736. 23. Jun. Quod valet etiam quo casu totum offm ex fundatione ritu dupl. recitatur S. R. C. 1739. 9 Maj.

Invitatorium dicitur tantum in die Commem. OO. FF. In obitu. In Depoſitione. ſicut in diebus 3. 7. 30. Item in vero anniversario, quando ſimul tres Nocturni dicuntur, & antiph. duplicantur. S. R. C. 1738. 8. Mart. Aliis temporibus unus tantum Nocturnus dicitur. Ita Rubr. Adhuc in Offo, quoties recitatur

 inte-

integer, nunquam Invitatorium omittitur. S. R. C. 1739. 9. Mart.

In offo Defunctorum, tametsi pro uno dicatur, semper Psalmi per Requiem in plurali concluduntur. Idem tanto magis in Missa servandum præter Orationes. In aliis casibus etiam in singulari concluditur.

In absolutione præsente corpore, sive illud Sacerdotis sive laici fuerit, semper Subdiaconus cum Cruce ad caput defuncti, Celebrans ad pedes sistit. S. R. C. 1746. 3. 7br. Sed absente corpore contra Subdiaconus ad pedes, Celebrans ad caput. Interibi Sacerdotis corpus ita in Ecclam fertur, ut caput versus altare sit. Contra laicorum. Ita Rubr.

Jam vero licet in obitu cum quatuor Dignitatibus absolutio fiat, tamen in anniversario talis absolutio fieri non debet. S. R. C. 1613. 14. 9br.

XIV. De SSmo Sacramento.

In tabernaculo, ubi servatur SSmum, reliquiæ retinendæ non sunt. Nec vasa Sacrorum oleorum. Nec aliud quidquam. S. R. C. 1593. 22. Febr.

Ante ostiolum SSmi non potest locari vas florum, vel quid simile, quod ostio-

lum

lum illud occupet. Poreft tamen ni humiliore loco poni. S. R. C. 1701. 22. Jan.

Ante SSmum lampas omnino retíneri debet, non vero supra valvas Ecclæ. S. R. C. 1699. 22. Aug.

Euchariftia non eft fingulis diebus exponenda. nifi solennioribus. S. R. C. 1606 4. Mart.

SSmum fi peculiari sacello servetur, inter Vesp. thurificandum eft. S. R. C. 1648. 5. 7br. Thurificandum quoq; cum in pixide pro viatico cum benedictione populi fertur. S. R. C. 1738. 22. Jun.

In expofitione ac repofitione SSmi etiam devotionis causa versus Panem de cælo semper cum alleluja dicitur, nifi à Septuagefima. S. R. C. 1698. 5. Jul.

Quando initio 40. hor exponitur SSmum in feftis I. & II. Claf. vel in Dominica privilegiata, tunc in Collegiatis cantentur duæ Mifsæ una de Offo, altera Votiva de SSmo vel una de die cum commem. de SSmo. sub unica conclus. S. R. C. 1666. 17. Febr. Præterquam fi hoc infra Octavam Corporis accidat, quia tunc una Oratio dicitur cum Gl. & Cr.

Initium vero devotionis 40. hor. ita fit. Canitur Mifsa. In hac consecratur hoftia diftincta; poft sumptionem Sangvi-

nis in Ostensorio ponenda. Tuncq; statim candelæ paratæ pro Expositione accenduntur. Finita Missa in cornu Eplæ Celebrans pluviale coloris Missæ accipit. Velum quoq; album super humeros sumit. Dein in medio post genuflexionem stans in duo thuribula incensum ponit. Uno incensat SSmum. Idem SSmum accipit conversusq; ad populum intonat Pange linguâ. Dein fit procesſio. Post reditum SSmum suo loco reponitur. Canitur Tantum ergo. Ad versum Genitori iterum incensum ponitur, fitq; incensatio. Dein celebrans canit Panem de cælo. Orantur Litaniæ OO. SS. In fine Dominus Vobiscum. & Oratio de SSmo. Finis autem eo modo terminatur. Cantatur Missa. Post celebrans induitur pluviali. Super infimum gradum flectit. Dicuntur Litaniæ OO. SS. ad usq; versum Domine exaudi. Tum incensatur SSmum fitq; cum eo procesſio. Post reditum super altari in corporali ponitur. Canitur Tantum ergo. Iterum SSmum incensatur, & reliqua cantantur ut supra. Ita Clemens XI. At extra Urbem non obligavit, nisi aliud Ordinarii statuerint. Laudandi tamen qui servant. S. R. C. 1749. 12. Jul.

In Expositione SSmi instar procenii

ad

ad minus sex candelæ ardere debent. S. R. C. 1695. 15. Mart. Sed 12. cum extrahitur ex ciborio Ita Bened. XIV. Et 24. tempore 40. hor. præter duo majora lumina Ita Clem. XI.

Super altari in quo eſt expoſitio SSmi ratione ponendæ crucis ad Miſsam Bened. XIV. Anno 1746. Ecclas circa suas consuetudines reliquit Simul tamen edixit in aliis casibus non sufficere ita parvas ut à populo prope videri nequeant. In quo vero Altari adeſt magna ſtatua Cricifixi, non eſt neceſse, ut ponatur crux alia. S. R. C. 1663. 16. Jun. Vid. Tit. XI. n. 55.

Regulares nequeunt exponere SSmum, ſine poteſtate Ordinariorum. S. R. C. 1628 26. Febr.

In benedicendo populo requiritur productio crucis, poſtq; perficiendus circulus versus cornu Evang. S. R. C. 1676. 21. Mart.

Genuflexio utroq; genu facienda eſt à transeuntibus, cujuscunq; ſint ordinis ante SSmum, licet tantum in pixide, modo patenter exponatur, vel etiam dum velatur. S. R. C. 1651. 19. Aug. & 1746. 7. Maj. Et Sacerdos celebraturus transiens, primum dum se erigit, caput

cooperit. S. R. C, 1738. 2. 7br. Etiam tunc saltim uno genu flectendum cum fit procefsio, præter illum, qui fert crucem. S. R. C. 1606. 14. 10br.

In procefsione cum SSmo, qui ante illud incedunt, in occursu & tranfitu à latere ejusdem debent genuflectere modo ipsum SSmum videant. S. R. C. 1620. 2. Maj. & 1680. 1. Mart.

In aliis procefsionibus quæ fine SSmo fiunt, ad elevationem hoftiæ in Mifsa privata campanula pulsanda non eft. Quodfi pulsetur, & elevatio advertatur utroq; genu à transeuntibus ante altare genuflectendam eft. Primumq; depofito SSmo progrediendum. S. R. C. 1681. 1. Mart. Similiter durante aliqua expofitione principali ut 40. hor. campanulas pulsare non convenit.

In Miniftratione Euchariftiæ reliqui de choro ftare debent. S. R. C. 1711. 9. Maj.

Neq; cantari, neq; celebrari poteft Mifsa in altari, in quo eft expofitum SSmum, nifi pro eo reponendo, aut pro benedicendo populo. S. R. C. 1671. 13. Jun. Si tamen celebretur, licet fit velatum, vel in pixide, genuflexiones, quæ alias coram revelato, observari debent. S. R. C. 1753, 22. 10br.

In

In Nativit. Domin. post primam Missam, licet species non exsiccentur, tamen celebrans ut alias non debet genuflectere, nec à perficiendo cinulo abstinere. S. R. C. 1696. 2. Aug.

Cantata Missa de aliquo Sancto, vel de Dominica ab concursum populi, solenni, licet SSmum solenniter expositum sit, tamen paramentorum color in Missis privatis semper etiam violaceus esse convenire debet. S. R. C. 1752. 29. Jun.

Dum Missa coram SSmo cantatur, debet de eodem fieri commem. post omnes commem. de præcepto. In Missa vero solenni I. & II. Clas. sub una conclusione. S. R. C. 1736. 23. Jun. Etiam in Missa de Dominica, vel alio duplici, si processio particularis fiat, de eodem commem. fieri debet. S. R. C. 1653. 6. 10br. Cum etiam ratione 40. hor. expositio est vel pro publica causa licet ipsa sit solum in pixide, in Missis privatis fieri de eodem potest comm Quod intelligendum de illis Missis quæ coram ipso SSmo non celebrantur. S. R. C. 1746. 7. Maj. Exceptis tamen diebus I. & II. Clas. S. R. C. 1741. 2. 7br. Ac aliis devotionibus.

Durante patente SSmi expositione concio tecto capite ne fiat. S. R. C. 1630. 16. Febr.

In festo Corporis non est facienda processio sine pluviali. S. R. C. 1701. 22. Jan. Nec ante solennem Missam S. R. C. 1662. 3. Jun. Nec tunc SSmum ferendum Sacerdotum humeris, sed ab eo qui celebrat. Nec ab alio quoquam S. R. C. 1627. 12. Jun. & 1709. 23. Mart. Nec etiam per plateas Hebræorum eundum. S. R. C. 1693. 22. Febr. Idem in Vesp. servandum. S. R. C. 1627. 12. Jun. In eodem festo cantiones sermone vulgari cantari non convenit. S. R. C. 1609. 21. Mart.

In Ecclis in quibus non servatur SSmum non potest celebrari Fer. V. Cænæ, nec curari sepulchrum. S. R. C. 1659. 14. Jun.

Sacerdotes Fer. V. Cænæ communicantes stolam vel à collo pendentem, vel ante pectus ferre possuns. S. R. C. 1679 30. 7br.

In communione Monialium fenestellam à parte Evang. habentium, Sacerdos debet ire per gradus anteriores non laterales. S. R. C. 1756. 15. 7br.

Qui SSmum ad infirmos per civitatem ferunt die seu nocte pileolo vel ob infirmitatem uti absq; speciali Sedis concessu nequeunt. S. R. C. 1695. 13. Aug.

Ex-

Extra vero civitatem ferenti & rheumate laboranti in itinere usus ejusdem indulgeri solet, & potest ab Eppo. S. R. C. 1695. 10. Jun.

Potest ferri viaticum infirmo Fer. VI. Parasc. cum stola alba, & etiam submisse psalm. cum Gl. recitando S. R. C. 1745. 15. Maj.

Pixis in qua suo velo opertum fertur viaticum, debet etiam oblongo humerali velo cooperiri S. R. C. 1699. 21. Mart.

Expositio SSmi in altaribus collateralibus fieri non potest nisi in majori. Ita Clem. XII. 1730. 1. 7br. & Bened. XIV.

Renovatio SSmî debet fieri quavis Dominica Ita S. R. C. 1753. 5. Apr. & Bened. XIV.

Communio dum extra Missam distribuitur, hoc congruentius cum stola alba fit. Ita Merat.

Offm de SSmo Fer. V. per mensem recitandum ut in die, sed Missa dicenda ut in Votivis S. R. C. 1664. 12. Jul. Nisi quod cum Gl. & sine Cr. ut in omnibus aliis similibus de Beata vel Patrono quodam. S. R. C. 1752. 26. Aug.

XV. DE RELIQUIIS.

CUm reliquia S. Crucis patenter in altari exponitur transeuntes debent uno genu ad terram flectere, si vero intra custodiam sit, sola capitis inclinatione veneratur. S. R. C. 1746. 7. Maj. Processionaliter autem transeuntes non debent flectere.

Eadem reliquia non est genuflexione incensanda. Post expositionem sive delationem in processione cum ipsa benedicendus populus. S. R. C. 1736. 19. 7br.

Reliquiæ Sanctorum in altari, in quo SSmum expositum locari nequeunt. S. R. C. 1741. 2. 7br. Vid. Tit. XIV. n. 1. Ante reliquias expositas ultra lampadem debent continuo saltim duo lumina ardere. alioqui non exponantur. S. R. C. 1701 22. Jan.

Reliquiæ quæ in processione feruntur sub baldachino ne ferantur. S. R. C. 1685 23. Mart.

Insignes reliquiæ sunt: Spina Domini. S. R. C. 1632. 21. Jun. Item brachium, crus, vel pars, in qua Martyr passus, modo ne parva. Tibia vero non est. S. R. C. 1662. 3. Jan.

Offim

Offm recitandum eſt de Sancto cujus habetur inſignis reliquia, & non alio, S. R. C. 1618. 12. Mart. Quiq; ſit de Sanctis in Martyrol. Rom. S. R. C. 1617. 3. Jul. cumq; speciali sedis consensu, sub pæna non satisfact. præcepto S. R. C. 1691. 11. Aug. In tali vero Miſsa Credo non dicitur niſi in propr. Eccla. S. R. C. 1684. 2. 10br. Vid. Tit. XI. n. 45.

De reliquiis etiam inſignibus non poteſt celebrari Offm per Diæceſim niſi in sua Eccla. S.R. C. 1628. 8. Aug.

Feſtum Reliquiarum Upsallenſium poſse ex Dominica poſt Matthæi in aliam diem transferri indulget. S. R. C 1746. 7. Maj. Vide adhuc Tit. VIII. n. 9. & Tit. XI. n. 55. 56. 57. & Tit. XIII. n. 36. & Tit. XVII. n. 11. & 12.

XVI. De BENEDICTIONIBUS.

Prælati Episcopis inferiores supellectilem Eccltícam pro usu tantum suarum Ecclarum vel Monaſteriorum poſsunt benedicere. S. R. C. 1659. 27. 7br.

Cruces altarium ſive Proceſsionales non sunt ex præcepto benedicendæ. Poteſt tamen ſimplex Sacerdos privatim eas benedicere S. R. C. 1704. 12. Jul.

Præ-

Prælato Episcopo inferiori vel Pontificaliter celebranti Concionatorem benedicere non licet. S. R. C. 1659. 27. 7br.

Aspersio die Dom. semper à Celebrate facienda, etiam dum Superior celebrat S. R. C. 1632. 27. 9br. Ipse autem alba & stola decussatim vel adhuc pluviali induendus S. R. C. 1619. 30. 7br.

Benedictio publica Cinerum non potest fieri post tertiam, tantum post nonam S. R. C. 1701. 22. Jan.

Benedictio ac distributio candelarum Palmarumq; non est de juribus Parochorum, sed etiam in Ecclis Regularium potest fieri. S. R. C. 1607. 28. Apr. Semper autem per celebrantem fiat, detectoq; capite. S. R. C. 1627. 12. Jun. & 1629. 31. Mart.

Evangelium pro benedicendis Palmis in cornu Eplæ legendum ab illo qui sine Ministris celebrat. S. R. C. 1697. 27. April.

Benedictio aquæ etiam sine infusione olei non potest fieri in Eccla fonte baptismi carente. S. R. C. 1697. 13. Jul.

Modus benedicendi debet fore semper manu recta, digitisq; simul junctis ac extensis. S. R. C. 1683. 24. Jul.

XVII. De Procefsionibus.

IN omni procefsione five cum SSmo five absq; eo, adhibendum pluviale, non autem casula. Jam vero ipsa facienda ante vel poft Mifsam, non autem intra. Ita Rubr. Et à Regularibus crux deferenda eft cum velo pendente. S. R. C. 1617. 14. Jan.

Si fm S. Marci occurrat in die Paschatis, Procefsio cum Litaniis in Fer. III. seq. transfertur. Ita Bened. XIV. Et fi alicubi fit abftinentia vel jejunatur, consuetudo à Regularibus servanda S. R. C. 1705. 14. Febr.

Quando idem fm infra Octavam Paschatis occurrit, tunc fit Procefsio cum Litaniis. In Mifsa autem de Rogationibus color violaceus accipitur, diciturq; fine Gl. & Cr. 2. Orat. Concede. 3. Ecclæ. In fine Benedicamus fine Allel. S. R. C. 1698. 5. Jul.

Occurrente eodem fefto in Dominica in Mifsa Rogationum pariter non eft dicendum Cr. S. R. C. 1688. 25. 7br.

In fefto S. Marci, ficut in Rogationibus, fi fiat de alio fefto dupl. vel semidupl. & una tantum Mifsa cantanda eft, congruentius eft poft nonam procefsionem

nem facere, Miſsamq; cantare. S. R. C. 1736. 5. Maj.

Si proceſsio majorum Litaniarum ad Ecclam S. Marci terminetur ibidem cantetur Miſsa de S. Marco, non autem de Rogationibus. S. R. C. 1603. 23. Maj. Hinc liquet Miſsam de Rogat. potius in fine proceſs. dicendam.

Poteſt etiam Eppus in Ecclis Regularium cantari facere Miſsas Rogationum per suos. S. R. C. ead.

Regulares non poſsunt proceſsionem facere Feria V. Cænæ extra Ecclam. Nec in feſto Corporis extra eorum Jurisdictionem perq; alienam Parochiam, nec ſine consensu Parochi. S. R. C. 1628. 26. Febr. & 1613 11. 10br. Nec proceſsiones Confraternitatum ultra muros fiant. S. R. C. ead.

Curati non poſsunt impedire, ne Regulares ex voluntate hæredum ad quasvis Ecclas cum Parocho & Clericis aſsociati corpora deferant. S. R. C. 1633. 23 April.

Depoſito ante limen Regularium feretro, non licet Parocho super cadavere recitare consuetas preces. S. R. C. 1708. 28. Febr. & 1711. 26. Mart. Similiter Regulares antequam vere ac realiter ſit

ca-

cadaver intra eorum limites depositum non posſunt in quodam vico super illud preces & abſolutiones facere. Qui actus unicè ad Porochum spectat. S. R. C. 1741 2. 7br.

In proceſsione cum SSmo aut ligno crucis omnes detecto capite incedere debent. Jam ſi cum reliquiis vel ſtatuis Sanctorum, soli deferentes & sæculares detecto capite procedant, Ecclci posſunt caput tegere. In aliis caſibus etiam universi posſunt tegere. S. R. C. 1690. 18. Jun.

Reliquiam deferre ad superiorem Conventus pertinet, unde sumitur. Qui cum Miniſtris loco uttimo incedit, licet iterum Regularem Sæcularis clerus præcedit. S. R. C. 1605. 23. Jan. Curatus quoq; ratione ſtolæ alios vel Canonicos Collegiatæ præcedit. S. R. C. 1609. 24. 8br.

In proceſsionibus crux quæ portatur prorsum respicere habet. Ita Gavant. Vid. Tit. XIV. n. 13. 14. 15. 20. 22. & Tit. XV. n. 1. & 6.

XVIII. DE LITANIIS.

Præter Litanias OO. SS. & Lauretanas, inconsulta S. R. C. non posſunt recitari, in Ecclis vel Oratoriis aut in publi-

blicum edi aliæ sub pænis ultra peccatum ad arbitrium Ordinariorum. Ita Clem. VIII 1601. 6. 7br.

Litaniis alii Sancti inseri non possunt præter ibi adscriptos. Neq; tempore pestis addendi Titulares, aut Patroni Civitatis sine speciali concessione S. R. C. 1631. 22. Mart. Excipe consecrationis Ecclæ casum, vel altaris ubi proprió loco Sanctus bis nominatur, in cujus honorem consecratur. vel quorum reliquiæ conduntur Licet quoq; addere versiculum necessitati congruentem ut ad petendam pluviam. Idq; post versum: Ut omnibus Fidelibus. Ita Pontifi Romanum.

Ex Communicatione Privilegiorum vel amplissima Regulares nomen sui Fundatoris non possunt in Litaniis & Confiteor addere. S. R. C. 1706. 20. Mart.

XIX. DE VARIIS.

CÆrimoniale Epporum non tollit laudabiles ac immemorabites consuetudines. S. R. C. 1605. 11. Jun.

Solus Eppus potest habere fenestram in Ecclam S R. C. 1604. 19. Jun.

Sabbo Passionis debent velari imagines & Cruces licet eo die occurrat fm

Ti-

Titularis vel Patroni. Nec Fer. V. Cænæ velo albo crux mutatur. S. R. C. 1609. 16. 9br.

Paſsio in hebdomada majore in Miſsa privata in cornu Evangel. legenda, licet in solenni à celebrante in cornu Eplæ legatur. S. R. C. 1663. 4. Aug.

In adoratione Crucis Fer. VI. Parasc. celebrans ac Miniſtri debent manipulos ponere. S. R. C. 1736. 15. 7br.

Simplex reconciliatio Ecclæ vel Cæmeterii non consecrati poteſt committi Presbytero in Dignit. S. R. C. 1608. 8. Febr.

Confraternitates Laicorum semper à Parochis dependent. Sed non in adminiſtratione eleemosynarum. S. R. C. 1703. 10. 10br.

In adminiſtrando Sacrto Confirm sufficit ſi Patrinus loco pedis supra pedem, ponat manum dextram super humerum dextrum confirmandi. S. R. C. 1749. 20. 7br.

Non convenit ut Regulares in choro ſimul Offm & horas cum Clero Sæcul. canant. S. R. C. 1663. 15. 9br.

Eppus non poteſt Abbatibus concedere usum Pontificalium extra Ecclam ipſis ſubjectam, ſive ille Sæcularis, ſive Regularis

laris suæ Diæcesis fuerit. S. R. C. 1739. 11. Jul.

Eppus potest Sacerdotes Sæculares cogere ut confessiones cum superpelliceo ac stola, Regulares vero cum sola stola audiant. S. R. C. 1628. 28. Aug.

Simplex Sacerdos vel à solis venialibus licite absolvere nequit. S. R. C. 1619. 12. Febr.

Psalmi penitent. & graduales aliquibus feriis Quadrages. præcepti Canonicos extra chorum non obligant. S. R. C. 1741 2 7br. Idem de Vesp: ante prandium.

Cadaver quod alicubi non est per modum depositi relictum, sed jam perpetuæ sepulturæ traditum, citra potestatem Eppi exhumare non licet. S. R. C. 1603. 18. Jan.

Cadaver non potest domo levari sine Parocho, cum vero fertur, sub cruce tumulantis Ecclæ ferendum. Ita Bened. XIV. Nec unquam sepeliendum est privatim, uti sine Parocho, cruce, lumine, licet id ordinasset, defunctus. Ita Rota Rom. & Bened. XIV.

Thurificatio altarium non fit nisi in I. Vesp. Festorum solennium, candelisq; accensis, & extra Expositionem Sacrti in majori Altari. Ita Ritual. Rom.

Baptismus in Oratoriis privatis nisi filiis Principum conferri nequit. Ben. XIV.

Tempore Paschali loco Angelus D. dicenda stando antiph. Regina Cæli. Ita Bened. XIV. Anno 1742.

Chriſtiani cum Hebræis sub excomm. pæna cohabitare non poſsunt. Ita Bened. XIV. apud Manſi.

Similiter accepta mercede aſsiduum servitium iisdem impendere nequeunt Idem.

Qui murmuraverit, vel scripserit contra imminutionem feſtorum, laicus ipso facto excommunicatur, qui in Sacris, suspenditur. Idem.

Judæus conversus libellum repudii more Judaico consorti dare nequit. Ipsa tamen in Judaismo perseverante, cum Catholica contrahere poteſt. Idem.

Filiis Patris Latini Matris Græcæ. baptismus ritu latino conferendus. Quodſi Pater ſit Græcus arbitrio relinquitur. Idem.

Græcus laicus ex conceſsione Eppi ad ritum latinum tranſire poteſt. Clerici vero citra dispensationem Romanam nequeunt. Idem. Si autem Sacerdos ſit, poſt profeſsionem in aliqua Religione factam ritu latino celebrare poteſt. S. R. C. 1604. 16. 8br. alias adhuc uxorati non poſsunt. Ita Pius V.

Parochus à Neosponſis exquirat, ſi neceſsaria salutis sciant. Et quidem Parochus

chus matrimonii eſt Parochus actualis domicilii, non originis. Ita Bened. XIV.

Uno conjuge ex infidelibus converso ſi alter ſine injuria Creatoris cohabitare conſentiat, primus alias nuptias inire nequit. Idem.

Hebræi matrimonium cum hæreticis obſtante cultûs disparitate non valet. Idem.

Catholici quoq; cum hæretica etiam in locis hæreticorum matrimonium ſine graviſsimo peccato fore nequit. Et Parochus, ubi vel ex confeſsione cognovit aliquem occultum eſse hæreticum, tali matrimonio aſsiſtere nequit. Idem.

Nomine solennitatis matrimonii cenſentur potiſsimum ea, quæ in Miſsali præscribuntur. Idem.

Parochus duas Parochias regens, ſi populus ad unam convenire nequeat, cum consensu Eppi poteſt bis celebrare Idem.

In casu infirmi ſi deſint aliæ particulæ, poteſt Parochus celebrans ex sua hoſtia particulam pro ejus communione relinquere. Alias non jejunus propterea celebrare nequit. Idem.

Similiter nequit, ſi aliquid ex paramentis deſit. Idem.

Feria VI. & Sabbo majori communio non miniſtranda niſi infirmis. Idem.

AD MAJOREM DEI GLORIAM & OO. SS.

Nowalski 1883.